



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

3 Sapientia absconsa, & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque. Eccl.
20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

conversations non nisi ut monstremus
nostram insaniam & pudorem, quæ tu-
men in aliquo inordinato ingenio ma-
gis deberent esse tecta. Volumus tamen
ut illud appareat, quia volumus loqui.
Pro foeditate coperienda, mascara
excellens inventio; Stultitiæ verò ipsius
silentium: esset enim illa coram oculis
hominum incognita, si stulti possent
tacere.

REGULA TERTIA.

*Sapientia absconsa, & thesaurus
visus, quæ utilitas in utrisque
Eccl. 20.*

PARAPHRASIS

*Homo sapiens alijs injuriam facit, quoniam
do nihil loquitur. Thesaurus abscon-
ditus & scientia muta sunt equaliter
inutiles. Melior enim est, qui celat
sapientiam, quam qui abscondit
sapientiam suam.*

REFLEXIO.

Persæpè accidit, ut ii qui ingenio
pleni, & qui multa sciunt, valde
ca loquuntur.

Quod provenit vel ab ipsa completionē melancholica, quæ illos facit amare solitudinem, & habere complacentiam in divertendo seipfos, vel à conscientia critica, quæ illos facit apprehendere errores in conversatione inevitabiles, volendo ex ea hanc habere gloriam, se nunquam ex proposito aliquid dixisse mali.

Sed quæstio est, an sit magis criminale & pudendum loqui indiscretè, quam tacere.

Deberent homines recordari in regimine linguæ, quod ultimus & minimus gradus prudentiæ sit, scire tacere. Secundus, scire pauca loqui, & se moderari in discursibus. Tertius & perfectissimus, scire multa loqui, & tamen nec malè, nec nimium scire loqui.

Verum est, quod magna requiratur discretio datis occasionibus posse tacere, & retinere illud, quod non debet esse cognitum. Major tamen adhuc discretio requiritur, ut alii non suspicentur, nec cognoscant per nostrum silentium, nos velle tacere.

Quod silentium in hoc consistit, potest se verbis coperire & tegere nostrum secretum, dicendo liberè & audacter illud quod potest, & quod debet in conversationibus dici.

Secretum enim est sicut thesaurus qui media ex parte jam est notus, quando scitur, quod sit absconditus.

REGULA QUARTA.

Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende ne fortè labatur in lingua. Eccl. 28.

PARAPHRASIS.

Ori tuo facito ostium. Relinque porta tua scrinia & tuos thesauros sine seris, quam tua labia: & sis sollicitus ne ex ore tuo exeat aliquod verbum quod possit offendere, aut culpa subjectum.

Præfigures tibi, ait Prophetia, quod sit in societatibus, sicut super glacie, lente & sapienter progrediendum est. Time semper ne tua lingua labatur & tuum iudicium cum illa cadat.